



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

Aenigma

Illustrissimo Domino Domino Josepho Libero
Baroni de Beeß,
humillime dicatum

ab
Ignatio Ekkel
Ces: Regiae scholae
principalis Directore.

Est vir in hac nostra quidam clarissimus urbe,
Qui tamen a cunctis dicitur esse malus,
Integer est vitae, scelerum purissimus heros,
Est tamen ille malus, semper eritque malus.
Nil ei nobilitas, vetus et prosapia potest,
A cunctis notus cogitur esse malus;
Gloria nobilium est, humanae gentis amator,
Esse tamen semper, vultque, cupitque malus;
Nulli est invisus, cunctis venerandus amicus,
Et tamen esse malum quivis amicus ait.
Nullius esse potest inimicus, nullius ultor,
Et tamen omnis eum vox ait esse malum.
Est pius in Superos, vix umbrae criminis auctor,
Ille tamen malus est, asserit urbs, homines;
Quid, quod? et ipse suus natus, spes unica Patris,
Dilectum genitorem exigit esse malum,
Quin pater et mater rediuvivi dicere natum,
Deberent Sincere, esse, fuisse malum,

Pauper, egenus, inops apud illum semper amice
Excipitur, largam, sentit et esse manum.
Candidus, humanus mansuetus, liberalis,
Attamen est, fuerat, semper eritque malus.
Per Superos Pindi vel quidquid dicitur esse
Sanctum ibi vel gratum, quaeso poeta tace!
Nullus enim vivit, qui sanae mentis habetur,
Qui probe et esse malum, quod sciat esse bonum,
Exigis ex uno flammam, gelidosque liquores
Fonte; nihil certe hoc stultius esse potest.
Omnibus ornatum virtutibus esse scelestum
Posse virum, credit non nisi mentis inops,
Crede mihi censor, dictis nil verius unquam
His justis vatis mens modulata fuit.
Appage tolle gradum, nebulo, et comprime fauces,
Qui bonus est totus, qui malus esse potest?
Tantis per censor rabido moderare calori,
Nomine qui tantum dicitur esse malus,

Anne bonum et sceleris purum posse esse negabis?

Nunquam: si nunquam, censor huiusce tace.

Iste est ille malus, quem cunctus diligit urbis

Incola teschnerensis, quem omnis et ordo colit.

Iste est ille malus, qui Numen ledere nescit.

O tales Superi dent sine fine Malos!

Iste est ille malus, quem, ut scitur, qui vi Pamium,

Fautorem, aut patrem pascit habere suum.


4. Vive igitur longos Baro ^{Male, et optime} Illustrissime soles!

Et nunquam nomen desinat esse Mali!

Vive, o, vive diu, pignus venerabile mundi!

Ipsa nobilior nobilitate Tua!

4. Vive igitur longos Baro Male, et Optime Soles.





ksiaznica@kc-cieszyn.pl